



Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Declaratio acceptationis Bullæ Unigenitus facta à RR. PP. Provinciali, &
Definitoribus Tertiæ Regulæ Ordinis S. Francisci in Conventu Bruxellensi 2.
Feb. 1719.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

- F. Bernardus Mollenensis.
 F. Benedictus Sylvæducen.
 F. Theodorus ex Sonbove.
 F. Bonifacius Hornamus.
 F. Willebrordus Rosendalenfis.
 F. Augustinus Sylvæducens.
 F. Bonaventura ex Vorffelaer.
 F. Servatius Trajectensis.
 F. Ægidius Mechliniens.

* * * * *

Declaratio acceptationis Bullæ Unigenitus facta à RR. PP. Provinciali, & Definitioribus Tertiæ Regulæ Ordinis S. Francisci in Conventu Bruxellensi 2. Feb. 1719.

INfrascripti repræsentantes Corpus Provinciae Tertiæ Reg. Ordinis S. Francisci in Belgio, specialiter congregati super Negotio Constitutionis *Unigenitus* emanatae à SS. D. N. Clemente XI. Pont. Max. 6. idus Septembris 1713. sincerè, & ultronè Nos submittimus, eamdem acceptamus, omnia in eadem Constitutione proscripta, proscribimus, & in sensu, in quo proscripta, & condemnata sunt, condemnamus.

Cum propter loci distantiam quartus Definitor Trajecti ad Mosam habitans, corpore infirmus, huic congregationi interessè non potuerit, mentem suam nostræ conformem his verbis exprimit in Epistola 29. Januarii currentis anni ad nos data:
 „animitus approbo formam in vestris exaratum, cui
 „ad nutum vestrum subscribam. Signatum erat.
 „F. Guilielmus Crahayæ Definitor. „ Hanc actam
 sub-

(149)

submissionis nostræ signavimus, & signaturam no-
stram Provinciæ Sigillo munivimus. Bruxellis die
2. Februarii 1719.

F. Mich. Robyns Provincialis.


*F. Nicolaus Blancquaert S.Th. Lic. Defin. Exam.
generalis.*

*F. Jacobus Van Haecht Definitor & Examinator
generalis.*

F. G. Pinckevier Definitor & Lector.



F. Joannes Baptista Van Thienen Provinc. Discrus S. Th. Lector.



Exemplar subscriptionis RR. PP. Correctoris & Religiosorum Ord. FF. Minorum Conventus Bruxellensis.

Nos infrascripti humillimâ veneratione, & omnino modâ obedientiâ, quâ Nos teneri, quamque ab omnibus Christi Fidelibus Romanorum Pontificum, ut potè supremorum, ac infallibilium Judicium in rebus Fidei, & morum, Decretis, Constitutionibus, Decisionibusque è Cathedra Apostolica ad Universalem Ecclesiam directis, omnino deberi firmiter credimus, & profitemur, Constitutioni Apostolicæ SS. D. N. Clementis Papæ XI. quæ incipit, *Unigenitus Dei ælius*, datæ 8. Septembris anni 1713. Nos per omnia subjicimus, omnesque Propositiones ex Libro Gallico, cui titulus: *Reflexions Morales*, &c. excerptas, & per eam damnatas, atque in sensu, in quo damnatae fuerunt, simpli-